

tum; tamen ex toto distinctionis progressu quamplura conjectari possumus.

38. Sic ergo primo assertum probari poterat ex Seraphico Doctore hic. Illud majoris, præstantiorisque virtutis censetur, cui uberior fructus debetur; sed continentia virginali debetur fructus centesimus, ut tenet Glossa sup. 13. Matth. conjugali verò continentia solum trigessimus debetur fructus: ergo si ex uberiori fructu virtuti debito arguitur major, præstantiorque virtus; cum fructus major continentia virginali debeatur, quam conjugali, illa erit summopere præstantior ista.

39. Secundo: Quod plus statui gloriae assimilatur, illud arbitratur perfectius, eò quod sit omnium ultima, & major perfectio; sed virginalis continentia plus statui gloriae assimilatur, quam continentia conjugalis: igitur fecunditati in lege novâ virginitas præfertur. Minor probatur: Statui gloriae convenit omnimoda integritas, & incorruptio; & idcirco, qui non nubunt, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei in Cælo; sed qui Matrimonio copulantur, ipsiusque assequuntur fecunditatem, non carnis integritatem, aut incorruptionem servant: ergo quia virginalis continentia plus statui gloriae, quam fecunditas assimilatur; ac proinde majori in pretio habetur.

40. Tertiò: Majoribus commendantur encomiis à Sanctis Patribus opera perfectionis, quæ sistunt in consilio, quam quæ tantum sunt in indulgentiâ; sed virginitas est in consilio, Matrimonium verò, sive ejus fecunditas in indulgentiâ: ergo virginitas majoribus, quam fecunditas celebratur præconiis; sed quod majoribus commendatur encomiis à Sanctis Patribus; reverà aliis præfertur: igitur virginitas fecunditati præstat.

41. Sed oppones primò: In continentia conjugali bene utitur homo malo, qui concupiscentiam coercet in connubio; sed in continentia virginali bene utitur homo bono, qui concupiscentiam semper in se cohibet: ergo cum laboriosius sit bene uti malo, quam bene uti bono, fecunditas Matrimonii erit virginitate præstantior.

42. Respondetur negando Consequentiam. Continentia enim conjugalis etsi sit laboriosior virginali continentia, non tamen melior; quia excessus, sive perfectionis continentia præstantia non desumitur ex majori agone, sed ex puriori; cum ergo virginalis continentia cæteris paribus sit purior; & clarior quacumque alia conjugali continentia, erit longè fecunditate præstantior.

43. Oppones secundo: Dum optimum alicujus generis melius est alterius generis optimo, illud simpliciter est melius altero; sed optima

fœ-

fecunditas melior est omni integritate; ex quo in Beatissimâ Virgine Matre plus commendamus, quod sit Mater, quamquod Virgo: ergo absolute fecunditas melior est Virginitate.

44. Respondetur negando Minorem, & Consequentiam. Nunquam enim fecunditas ex conjugali actu proveniens virginitati præstat; imò è contra, fecunditati virginitas præfertur. Illa autem Admirabilis Matris Dei fecunditas non fuit opus actus conjugalis, sed immediate ope Spiritus Sancti operata; ideoque ejus Maternitas dignè, & valde super virginitatem extollitur. Unde, si instantia aliquid evinceret, probaret etiam, fecunditatem Virginis Matris non ope Spiritus Sancti, sed per conjugalem actum fuisse operatam; quod maximum in fide sanè causaret excidium.

45. Oppones tertiò: Quod ad plura prodest, magisque adauget electorum numerum, illud est melius quocumque alio; sed conjugalis fecunditas sive continentia non tantum Matrimonio copulatis, verum & filii ab ipsis genitis prodest, conducitque necessario ad electorum numerum augendum, quod virginali continentia reverà non congruit; cum hæc sibi soli prodeat, nec electorum numerum addat: ergo adhuc novâ in lege fecunditas virginitati præfertur.

46. Respondetur, quod est fecunditas conjugalis ad plura conferat, numerumque electorum vitæ æternæ necessario accumulet, & cujus proficua munera nullo modo virginali continentia aptari possint; nihilominus virginitas est præstantior fecunditate conjugali; quia non æquè intense utraque continentia prodest. Nam conjugalis continentia valet ad plura, sed remissè; at virginalis continentia quanvis ad plura non conferat, valet tamen intense; & aliquid intense, ut pro comperto habetur, valet ad unum, quod prævalet remissè valenti ad plura.

47. Ad hæc pro distinctionis calce statuit primò Magister, virginitatem mentis meliorem, commendatioremque esse corporis virginitate. Quod primò hæc D. Ambrosii lib. de virg. lapsâ, cap. 4. autoritate firmat: *Tolerabilius est, mentem virginem, quam carnem habere: Virumque bonum est, si liceat: si non liceat, saltem non homini, sed Deo casti simus.* Ergo ex Ambrosio satis clarè constat, quod melior sit virginitas mentis, quam carnis.

48. Secundo, idem ex Isidoro lib. 2. de Synonim. §. 3. his corroborat verbis: *Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit: Munda enim à contagione anima, caro non peccat.* Ergo si corpus corrumpi non valet, quin prius anima sit foedata; nec caro peccat, dum animus est à contagione mundus, rectè deducitur, quod virginitas

Tom.V.

E

men-

mentis sit major, præstantiorque carnis virginitate.
 49. Tertiò ratione præmunit intentum Magister: Sanctitas virginalis non est in carne, sed in mente: ergo quia mentis virginitas præstat carnis virginitati. Antecedens probatur: Dùm virgò vi corrumpitur, virginitatis perfectio manet incolumis; dùm verò mente fœdatur, integra virginitatis perfectio non manet: igitur virginitas mentis majori pollet perfectione, quàm carnis virginitas.

50. Secundò, his subnectit Magister quoddam Augustini commendabile monitum, nempe, quòd, sicut sanctius est mori fame, quàm idolothyti vesci; ita sanctius est mori sine liberis, quàm ex illicito coitu stirpem quarere. Undecumque ergò nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum ritè rectèque colant, honesti, & salvi erunt, quia Dei sunt creaturæ. Et hæc de tertiâ, & ultimâ distinctionis parte sufficiant.

QUÆSTIONES.

51. QUÆSTIO. 1. An, & quâ ratione simplex fornicatio sit contra legem naturæ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 153. & 154. art. 1. & seqq. Casianus à S. Eliâ tom. 1. cap. 1. verb. fornicatio. Raynerius de Pisis verb. fornicatio, tit. 1. num. 1. & seqq. Mauritius de Lezana tom. 1. verb. fornicatio, num. 2.

52. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 32. q. 1. Macedo de Clavib. tract. 6. cap. 8. Hiquæus in 4. dist. 32. art. 2. & seqq. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. fornicatio, diff. 1. num. 1. Cotonius tom. 1. lib. 6. Controv. 2. cap. 1. q. 1. Laurent. Portel in dub. Regular. verb. fornicatio, num. 1. & seqq.

53. Ex Scholâ Eximiâ Card. de Lugo de penit. disp. 16. sect. 5. n. 238. Tambur. tom. 1. lib. 7. cap. 1. s. 1. Pagundez in 6. præcep. lib. 6. cap. 1. num. 2. Sanchez de Matrim. lib. 9. disp. 19. num. 7. Læsius lib. 4. cap. 3. disp. 7.

54. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 32. q. 2. art. 2. & 1. p. Centilog. sect. 24. & 2. p. sect. 32. Diana p. 3. resol. 227. Bonacin. de Matrim. q. 4. punct. 10 num. 17. Bassæo verb. fornicatio, num. 2. Gaudentius tom. 5. tract. 1. de virtutibus, disp. 2. q. 3. dub. 2.

55. QUÆST. 2. An polygamia, sive uxorum pluralitas sit prohibita jure divino? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in Supplem. 3. p. q. 65. art. 4. dist. 33. q. 1. art. 1. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 1. art. 3. Contenson tom. 2. lib. 11. p. 4. dissert. 4. cap. 1. specul. 1. Petrus de Ledesma de Matrim. q. 65. art. 2. dub. 2. Barthol. de Ledesma de Matrim.

dub.

dub. 72. conclus. 6. Mauritius de Lezana tom. verb. 1. Polygam. num. 1. 56. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 33. q. 1. art. 1. Matrius in 4. disp. 7. q. 7. art. 1. & 2. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 6. Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 1. cap. 3. q. 1. dub. 3. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 12. Poncius tract. 11. disp. 49. q. 4. Angles 1. p. de Matrim. q. 7. art. 1. diff. 3. Portel in dub. Regul. verb. Polygam. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. Polygam. diff. 2. num. 1.

57. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 2. dub. 42. Hurtado de Matrim. disp. 9. diff. 1. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 80. num. 5. Bellarm. lib. 1. de Matrim. cap. 11. Henriquez lib. 12. cap. 6. Valentia tom. 4. disp. 10. q. 1. punct. 3. Coninch de Matrim. disp. 26. num. 29. Mart. Perez de Matrim. disp. 35. sect. 4.

58. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 33. q. 2. art. 1. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 3. s. 1. Bonacina q. 3. de Matrim. punct. 10. num. 3. Baudunius tom. 3. q. 70. art. 1. Bassæo tom. 2. verb. Polygam. num. 1. Diana 5. p. resol. 115.

59. QUÆST. 3. An polygamia aliquandò fuerit valida? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in Supplem. 3. part. 9. 63. art. 1. & in 4. dist. 33. q. 1. art. 1. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 1. art. 3. s. 4. Petrus de Ledesma de Matrim. q. 65. art. 2. dub. 2. Contenson tom. 2. lib. 11. p. 4. dissert. 4. cap. 1. specul. 1. Barthol. Ledesma de Matrim. dub. 72. conclus. 5. & seqq. Raynerius de Pisis verb. Polygam. tit. 2. num. 1. & seqq.

60. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 33. q. 1. Matrius in 4. disp. 7. q. 7. art. 1. & 2. Poncius tract. 11. disp. 49. q. 4. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 12. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 6. Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 1. cap. 3. q. 1. & seqq. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. Polygam. diff. 1. num. 1. & seqq. Angles 1. p. de Matrim. q. 7. art. 1. diff. 3.

61. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. disp. 2. dub. 43. Sanchez de Matrim. disp. 80. num. 15. Tannerus disp. 8. q. 4. dub. 6. num. 102. Coninch disp. 26. num. 29. Mart. Perez disp. 35. sect. 4. Gasp. Hurtado disp. 9. diff. 2. Henriquez lib. 11. de Matrim. cap. 2. num. 3. & lib. 12. cap. 6. num. 2.

62. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 33. q. 2. art. 1. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 3. s. 1. Baudunius tom. 3. q. 70. art. 1. Bonacina de Matrim. q. 3. punct. 10. num. 3. & seqq. Diana 7. p. resol. 126. Bassæo tom. 1. verb. Polygam. num. 1. & seqq.

63. QUÆST. 4. An divortium sit licitum, & quas ob causas? Ex

E 2

An;

Angelica Scholâ D. Thomas in *Supplem.* 3. p. q. 62. art. 5. & in 4. *dist.* 35. q. 1. art. 6. Reding *tom.* 8. q. 7. art. 2. *Controv.* 1. Salmant. *tom.* 2. tract. 9. cap. 16. punct. 1. & *seqq.* Anton. à Spirit. S. *tom.* 1. tract. 11. *disp.* 10. sect. 1. Raynerius de Pisis *tom.* 1. verb. *divortium*, num. 1. & *seqq.* Mauritius de Lezana *tom.* 1. verb. *divortium*, num. 1. & *seqq.*

64. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist.* 35. q. 1. Mastrius in 4. *disp.* 7. q. 22. art. 1. & 2. Macedo de *Clavib.* tract. 6. de *Matrim.* cap. 8. Cottonius *tom.* 1. lib. 5. *Controv.* 2. cap. 3. q. 1. Boscus *tom.* 6. *disp.* 12. sect. 16. Brancatus de Lauræa *disp.* 42. art. 2. & 6. Castilentus in *Polyanth.* Seraph. verb. *divortium*, *diff.* 1. num. 1. & *seqq.* Portel in *dub.* *Regular.* verb. *divortium*, num. 1.

65. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo *tom.* 3. tract. 10. *disp.* 10. *dub.* 5. Sanchez de *Matrim.* lib. 10. *disp.* 15. num. 1. Coninch *disp.* 35. *dub.* 4. Mart. Perez de *Matrim.* *disp.* 57. Henriquez lib. 11. cap. 17. de *Matrim.* art. 10. Tamburinus *tom.* 2. tract. 7. lib. 8. cap. 3. §. 1. 2. & *seqq.* Carleton *tom.* 2. *disp.* 105. sect. 1. Filliucius tract. 10. p. 1. cap. 10. num. 382. Layman tract. 10. p. 3. cap. 7. num. 12. Bellarm. lib. 1. de *Matrim.* cap. 15.

66. Ex aliis D. Bonaventura in 4. *dist.* 35. q. 6. art. 1. Leander *tom.* 2. tract. 9. *disp.* 26. q. 6. Gavardi *tom.* 6. q. 3. de *Matrim.* art. 10. Bonacina de *Matrim.* q. 4. punct. 5. num. 23. Basilius Ponze lib. 9. cap. 16. Bassæo *tom.* 2. verb. *divortium*, num. 1. & *seqq.* Diana p. 7. *resol.* 72. & 158. & *seqq.*

67. QUÆST. 5. An possint, ac debeant conjuges divortari? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. *dist.* 35. q. unic. art. 4. & in *Supplem.* 3. p. q. 62. art. 6. & *seqq.* Reding *tom.* 8. q. 7. art. 2. *Controv.* 1. Anton. à Spirit. S. *tom.* 1. tract. 11. *disp.* 10. sect. 1. & *seqq.* Salmant. *tom.* 2. tract. 9. cap. 16. punct. 1. & *seqq.* Lezana *tom.* 1. verb. *divortium*, num. 2. & *seqq.* Raynerius de Pisis *tom.* 1. verb. *divortium*, tit. 1. num. 3. & *seqq.*

68. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist.* 35. q. 1. Brancatus de *Matrim.* *disp.* 42. art. 2. & *seqq.* Macedo de *Clavib.* tract. 6. de *Matrim.* cap. 8. Cottonius *tom.* 1. lib. 5. *Controv.* 2. cap. 3. q. 1. & 2. Portel in *dub.* *Regular.* verb. *divortium*, num. 2. & *seqq.* Castilentus in *Polyanth.* Seraph. verb. *divortium*, *diff.* 1. & *seqq.* Mastrius in 4. *disp.* 7. q. 22. art. 1.

69. Ex Scholâ Eximiâ Tambur. *tom.* 2. tract. 7. de *Matrim.* lib. 8. cap. 3. §. 4. 5. & 6. Carleton *tom.* 2. *disp.* 105. sect. 1. Dicastillo *tom.* 3. tract. 10. *disp.* 10. *dub.* 4. Layman tract. 10. punct. 3. cap. 7. num. 1. & *seqq.*

seqq. Sanchez de *Matrim.* lib. 10. *disp.* 3. Coninch de *Matrim.* *disp.* 35. *dub.* 1. Filliucius tract. 10. p. 1. cap. 10. num. 3. Mart. Perez *disp.* 56. sect. 1. & *seqq.* Henriquez lib. 11. cap. 18. & *seqq.* num. 1.

70. Ex aliis D. Bonaventura in 4. *dist.* 35. q. 1. & *seqq.* Leander *tom.* 2. tract. 9. de *Matrim.* *disp.* 26. q. 6. & *seqq.* Bonacina de *Matrim.* q. 4. punct. 5. num. 23. & *seqq.* Bassæo *tom.* 2. verb. *divortium*, num. 3. & *seqq.* Basilius Ponze de *Matrim.* lib. 9. cap. 17. & 18. Gavardi *tom.* 6. q. 3. de *Matrim.* art. 9. & 10. Baydun. de *Matrim.* *tom.* 3. q. 20. art. 1. & *seqq.*

71. QUÆST. 6. An adulterium sit semper causa sufficiens ad *divortium*? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. *dist.* 35. q. unic. art. 4. & *seqq.* & in *Supplem.* 3. p. q. 62. art. 5. Salmant. *tom.* 2. tract. 9. de *Matrim.* cap. 16. punct. 1. & *seqq.* Mauritius de Lezana *tom.* 1. verb. *divortium*, num. 7. & *seqq.* Anton. à Spirit. S. *tom.* 1. tract. 11. *disp.* 10. sect. 1. & *seqq.* Raynerius de Pisis *tom.* 1. verb. *divortium*, tit. 1. num. 1. & *seqq.* Reding *tom.* 8. q. 7. art. 2. *Controv.* 1. & *seqq.*

72. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist.* 35. q. unic. Hiquæus in 4. *dist.* 35. q. 1. art. 1. & *seqq.* Castilentus in *Polyanth.* Seraph. verb. *divortium*, *diff.* 1. & *seqq.* Macedo de *Clavib.* tract. 6. de *Matrim.* cap. 8. Portel in *dub.* *Regular.* verb. *divortium*, num. 1. & *seqq.* Cottonius *tom.* 1. lib. 5. *Controv.* 2. cap. 3. q. 1. *dub.* & *seqq.* Mastrius in 4. *disp.* 7. q. 22. art. 2. Brancatus tract. de *Matrim.* *disp.* 42. art. 2. & 6. Boscus *tom.* 6. *disp.* 12. sect. 16. & *seqq.*

73. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo *tom.* 3. tract. 10. *disp.* 10. *dub.* 2. Mart. Perez de *Matrim.* *disp.* 56. sect. 1. Filliucius tract. 10. p. 1. cap. 10. Sanchez de *Matrim.* lib. 10. *disp.* 4. num. 4. Carleton *tom.* 2. *disp.* 105. sect. 1. Tambur. *tom.* 2. tract. 7. lib. 8. cap. 4. §. 2. Layman tract. 10. p. 3. cap. 7. num. 7. Henriquez lib. 11. cap. 18. Coninch tract. de *Matrim.* *disp.* 35. *dub.* 1. Bellarm. de *Matrim.* lib. 1. cap. 15. & *seqq.*

74. Ex aliis D. Bonaventura in 4. *dist.* 35. q. 1. & *seqq.* Leander *tom.* 2. tract. 9. *disp.* 26. sect. 1. & *seqq.* Diana p. 7. *resol.* 121. Basilius Ponze lib. 9. de *Matrim.* cap. 16. Bonacina de *Matrim.* q. 4. punct. 5. num. 2. & *seqq.* Bassæo verb. *divortium*, num. 1. & *seqq.* Gavardi *tom.* 6. q. 3. de *Matrim.* art. 10. & *seqq.* Barbosa in *Collect.* *sess.* 24. can. 8. Torrelblanca de *jure spirit.* lib. 2. cap. 15. num. 58.

75. QUÆST. 7. An in lege veteri, & novâ virginitas sit *fœcunditate* præstantior? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 152. art. 4. & in 4. *dist.* 33. q. 3. art. 3. & contra Gentes, cap. 137. Casianus à S. Eliâ *tom.* 1. cap. 1. verb. *virginitas*, num. 1. & *seqq.* Raynerius de Pisis *tom.*

tom. 1. verb. conjugium, tit. 2. num. 7. Mauritius Lezana tom. 1. verb. virgin. num. 1. & seqq.

76. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 23. q. 1. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. virgin. diff. 7. num. 1. & seqq. Portellus in dub. Regular. verb. virgin. & Matrim. num. 1. & seqq. Hiquæus in 4. dist. 33. q. 2. art. 1. Aquila in 4. dist. 33. q. 1. & seqq.

77. Ex Scholâ Eximiâ Arriaga tom. 2. disp. 42. sect. 2. subsect. 3. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 33. art. 2. q. 2. Gaudentius tom. 5. disp. 1. de virtutib. q. 8. dub. 2. Paulus Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 18. num. 2. Gutierrez de Matrim. cap. 4. num. 6. Barbosa in Collect. Sess. 24. can. 10. Stephan. Vveymis in constit. 24. Trident. num. 8.

78. QUÆST. 8. An sit melius ac beatius manere in virginitate, aut cælibatu, quàm Matrimonio jungi? De quo, *hic quest. 7.*

79. QUÆST. 9. An virginitas sit virtus, & in quo medio consistat? De quo, *hic quest. 7.*

80. QUÆST. 10. An præmium virginitati debitum sit tantum gaudium essentielle; an etiam simul aureola? De quo, Authores adducti quest. 7.

DE PERSONIS LEGITIMIS.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-QUARTÆ SYNOPSIS.

Qui sunt connubiis apti, qua pacta secundum Legem, ullo aut nullo sint dirimenda die.

Sic incipit: Nunc superest.

Sic terminat: Fideque sustineat.

Connectitur hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de multiplici lege, quâ in ordine ad Matrimonii usum antiqui utebantur Patres; sed in præsentî de eodem determinat Matrimonio, quantum ad causam materialem, sive personas ipsum contrahentes, postquam in antecedentibus de illius causâ formali, efficiente, & finali egerat: ergo hæc distinctio valdè consonat superiori.

Con-

2. Consequentia probatur: Prius est determinare de eo, quod spectat ad Matrimonium secundum se, quàm de eo, quod pertinet ad personas illud contrahentes; sed dum Magister in superiori distinctione de multiplici lege, quâ in ordine ad Matrimonii usum antiqui utebantur Patres; necnon & in aliis de causâ formali, efficiente, & finali agit, utique determinat de his, quæ pertinent ad Matrimonium secundum se: ergo modo in præsentî de ipso Matrimonio differere quantum ad personas illud contrahentes, erit rectam servare methodum.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister detegit, quanam personæ sint legitimæ ad contrahendum Matrimonium. In secundâ verò declarat, qualiter Matrimonium possit propter frigiditatem, aut maleficium quandòque dissolvi. In tertiâ autem, & ultimâ expendit, qualiter amentes dum actû sunt in amentiam, non valeant Matrimonium contrahere.

4. PRO PRIMÆ igitur partis clarâ ostensione, hæc prima præfigitur thesis: *Ad Matrimonium contrahendum quædam personæ sunt plene legitime, quædam omninò illegitime, & quædam in medio constitutæ.* Hanc sub iisdem terminis proponit Magister in litterâ; cujus etiam singulas partes summatim enucleare tentat, dum præcisè legitimitatem, simulque personarum contrahentium Matrimonium illegitimitatem expendit.

5. Prima pars sic primò à Magistro probatur: Illæ personæ plene legitime arbitrantur ad contrahendum Matrimonium, quibus aliquod non obviat impedimentum; sed plures sunt personæ, quibus ad contrahendum Matrimonium aliquod non obviat impedimentum, ut sollicitè iustranti constabit: igitur ab contrahendum Matrimonium quædam personæ sunt plene legitime.

6. Secundò: Legitimitatem, aut illegitimitatem contrahendi Matrimonium, unice ex impedimentis statutis, aut proditis ab Ecclesiâ vendicamus: ergo dum nullum obviat impedimentum pro Matrimonii contractu, ibi haud dubiè legitimitas elucet; sed plures sunt personæ, quæ sub impedimentis statutis, aut proditis ab Ecclesiâ non comprehenduntur: igitur ad contrahendum Matrimonium plures legitime autumantur personæ.

7. Tertiò, id ipsum confirmat expressius Magister in litterâ: Dum personis contrahentibus Matrimonium non officit votum continentia, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, aut quodvis aliud impedimentum, reverâ ad illius contractionem plene legitime arbitrantur; sed quædam sunt personæ, quæ nec voto continentia, nec

or-